




Ad Cuius Gratia et privilegio Sacrae Caesareae Maiestatis.

DE SACR. ROM. IMPERII SEPTEM
VIRATV COMMENTARIVS .

A Christophoro Gewoldo IC. An. MDCXV3 .
editus : nunc recognitus ab eodem, et auctus .

INGOLSTADII

Typis. Wilhelmi. Ederi. An. MDCXX3 .



SANCTISS. D.N.
GREGORIO XV.P.M.

AVGVSTISS. IMP.
ROM.FERDINANDO II.
HVNGAR. ET BO-
HEM. REGI, &c.

REVERENDISS. SE-
RENISS. AC ILLVSTRISS.
SACR. ROM. IMPERII
SEPTEMVIRIS

DN. DN. CLEMENTISS.
perpetuâque obseruantia Colend.

devotiss. servus auctor
DEDICAVIT.

):(2

ILLV-

*dum esset. Ego super his iudicium suum expecta-
bo, cuius amicitia est me, est mea defero. Data
Pragae 5. Maii, Anno 1616.*

Dn. sue

addit.

Ludwig von Vlm.

*Nobili Clariss. et Consult. viro, Dn. CHRISTOPHORO
GEVVOLDO, J. V. Doctori, Sereniss. Bauaria
Duci à consiliis, Dn. et amico meo
honor.*


INGOLSTADII

Approbatio Facultatis Theologicæ.

*Septemviralet ha vindicia primùm à Clarissi-
mo viro D. CHRISTOPHORO GEVVOLDO
Iureconsulto, Serenissimi Bauaria Ducis consi-
liario, exactà sedulitate ac studio concinnata, atq;
publicata, nunc secundis eiusdem curis locupletata
nouisq; testimoniis ac rationibus confirmata; cum
ab Orthodoxa fide alienum nihil contineant, sed ad
Ecclesie sanctæ sacriq; Imperii Romani Maiestate-
tem, Principumq; Electorum dignitatem tuen-
dam atq; retinendam vel maxime valeant; po-
terunt iteratò typis expressæ ad publicam utilita-
tem evulgari. Ingolstadij. 1621. 3. Ian.*

IOHANNES MOCQUETIVS Societatis Jesu
S. Theologiæ professor, inclyti Collegij
pro tempore Decanus.

Origo



REGNORVM MVNDI
AC IMPERIORVM OM-
NIVM ORIGINEM ET DI-
SPENSATIONEM A
DEO ESSE.

CAPVT I.

CAP. I.

Regna & Imperia mundi non fortuito, nec inopi-
nato euentu existere, aut humanâ tantum industriâ
olim constituta fuisse: sed à Deo Opt. Max. qui in
sapienciâ fecit omnia originem habere, tam cer-
tum est & perspicuum, ut ne gentiles quidem ignorauerint. Ho-
merus (jure merito ab Alexandro Magno tanti factus, ut pra-
uunguentis pigmentisq; regis Iliadem eius pretij grandis scrini-
olo in Gaza Darii reperto asseruari, illudq; non Myrothecion
sed Homerothecion esse sibi voluerit) Agamemnonē σκηπτι-
χον vocat βασιλέα, ὃν Ζεὺς κῦδ' ἔδωκεν: Sceptrigerum
regem, cuique Iupiter honorem dedit, & alibi idem
Poëta.

Regna & Imp-
peria à Deo
sunt.

Psal. 130.

Plutarch. in
Alex. M.

Iliad. a

Εἰς βασιλῆα, ὃν ἔδωκε κῦδ' ἀγκυλομήτιω
σκηπτιχῶν ἢ δὲ θέμιστος ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

Iliad. b

Vnus rex, cui dederit filius Saturni obliqua
consilia habentis
Sceptrumque, & Iura, ut ipsis dominetur.